

tis. Igni enim inferni data est virtus ad exurendum damnatorum corpora, non ad depascendum ea; corporibus verò exhibita est natura passibilis ad patiendum, non ad deficiendum. Unde, cum ex parte damnatorum sit passibilitas naturæ ad suscipiendum ignem, aliasque qualitates nocuas; & ex parte Omnipotentia divina potestas ad omnia ea inferenda incommoda, poterunt damnatorum corpora continuo adoleri voracibus flammis, quin ab ipsis depascantur.

39. Sed dices: Omnis dolor intensus est via ad mortem, ut experientia pro comperto habetur: ergo dolor magis intensus magis disponet ad mortem; sed ignis inferni est causa intensi doloris: ergo medio igne damnati disponentur ad mortem ultimam dispositione, ab illoque tandem interficientur: ergo cum id ipsum damnatorum corporibus contingat, ignis inferni non solum comburet, verum postremo illicò absumet ea.

40. Respondet, hanc, & alias huic similes instantias nihil in assertum concludere. Quia, etsi dolor necessario inferat mortem, sive ad eam ultimò disponat secundum præsentem statum; tamen variatam hæc, consumptamque viatorum sorte, nihil convincit argumentum, eò quòd in alio statu omnia in termino constituentur, nec sint his qualitatibus obnoxia, sed aliis superioris, & perpetuæ virtutis continuo subdantur. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

41. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ distinctionis partis pleno, perfectoque captu, hæc tertia præfigitur thesis: *Dæmones, animaque corporibus exuta igne corporali inferni torquentur.* Hanc expressis verbis statuit Magister in litterâ, tam pro dæmoniis, quam pro animabus exutis corporibus. Quamobrem eisdem autoritatibus, rationibusque quoad utramque partem indiscriminatim probabimus conclusionem, tametsi Magister sub duplici eam exambiat parte.

42. Probat primò assumptum Magister ex Augustino cap. 21. de Civit. Dei, dicente: *Gehenna illa, quæ stagnum ignis, & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit: & cruciabit damnatorum corpora, vel hominum, vel dæmonum, sed solida hominum, aerea dæmonum.* Sed dum gehenna illa inferni, quæ est ignis corporeus, non solum vexat damnatorum corpora, verum & dæmonia ipsa, etiam ob eandem causam est potens torquere animas: ergo dæmones, animaque corporibus exuta materiali igne inferni cruciari possunt.

43. Secundò probat ex Apocalypsis cap. 19. ubi, apud infernum, dicitur esse stagnum ignis, & sulphuris ad æternum spirituum supplicium; sed incassum foret stagnum ignis, & sulphuris ordinare pro æter-

no spirituum supplicio, si ignis non posset spiritus, & animas quippè, & Angelos torquere: ergo licet ignis inferni sit corporeus, & materialis, poterit tamen dæmones, & animas miro modo vexare.

44. Tertio similiter suadet Magister ex cap. 25. Matthæi, ubi refertur, paratum esse diabolo, & Angelis ejus ignem æternum, quò damnatorum corpora concremanda sunt; sed si inferni ignis non posset agere in diabolum, & Angelos ejus, perperam apud Matthæum diceretur, paratum esse diabolo, & Angelis ejus: ergo quòd perpetuus inferni ignis sit materialis, & corporeus, nihil officit, ut possit in animas, & Angelos malos agere, eos continuo cruciando.

45. Quarto ex cap. 16. Lucæ aliam perficit probationem: Nam ibi anima divitis proponitur flammis ignis agitata, petensque ad refrigerium guttam aquæ. Hæc sunt expressa Evangelii verba: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Ergo si Epulonis anima ignis tartarei flamma cruciatur, tametsi corporeus, & materialis existat; cur & dæmones, aliosque spiritus cruciari non poterit, etsi materialis sit?

46. Quintò probat quadam Divi Gregorii Dial. 4. cap. 29. egregiâ autoritate, dicente: *Si viventis hominis incorporeus spiritus teneatur in corpore; cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Teneatur autem per ignem spiritum dicimus, ut in tormento ignis videndo, atque sentiendo puniatur.* Ergo idem est, posse incorporeum spiritum teneri in corpore, ac post mortem in materiali, & corporeo detineri igne, ut ibi videndo, atque sentiendo, puniatur; sed quòd spiritus incorporeus modò detineatur in corpore, satis fide, ratione, & experientia exploratum est: ergo & quòd post mortem damnatorum animas, necnon dæmones ipsi in igne corporeo, & materiali inferni demorentur, ut ibi ab ipso perpetuo crucientur, quis inficias ibit?

47. Sextò tandem ex Cassiano lib. 10. collat. 1. his firmat assumptum verbis: *Anima non sunt ociose, sentiuntque, cum dives ille in inferno se flamma cruciari clamat.* Ergo pro comperto habemus, defunctorum animas non solum suis sensibus non privari; verum nec istis affectibus, scilicet spe, tristitia, gaudio, ac metu, carere; sed dum his non carent affectibus defunctorum animas, quæ in inferno morantur, post sunt illo materiali, & corporeo igne agente in ipsas, cruciari: ergo cum eadem sit ratio pro hominum animabus, ac pro diabolo, & Angelis ejus, pari gressu hi poterunt ab eodem igne continuo divexari.

48. Septimò sic ratione suaderi valet intentum: Anima rationalis existens in corpore patitur, corpore non patiente: ergo attentam suam

tura non repugnat ipsi pati; sed rationalis animæ natura eadem est in corpore, ac extra corpus: ergo corpore exuta pati potest. Major verè in dormientibus verificatur, qui in somnis gravissimè patiuntur, corporibus nihil patientibus: ergo extra corpus animæ, & dæmones etiam possunt ab igne tartareo corporeo, & materiali perpetuò agitari.

49. Sed oppones primò: Si ignis inferni posset animas, Angelosque malos cruciare, posset etiam in illos actione physicà agere; sed materiali, & corporeo repugnat posse actione physicà in spirituale agere: ergo ignis inferni nequit dæmones, & animas rationales cruciare. Minor probatur: Dùm agens in aliud actione physicà agit, suam in ipso similitudinem generat; quemadmodum calidum dùm in aliud physicè agit, illud calefacit; sed nequit ignis corporeus suam in animam similitudinem generare, utpotè ipsam calefacere: ergo actione physicà agere in spirituale repugnat materiali igni; atque adeo ab ipso non possunt animæ in inferno cruciari.

50. Huic instantiæ variè, & disertè conantur respondere Doctores; quorum solutiones maximè commendamus, cum nostri muneris non sit, huic potiùs, quàm altari adharere modò, dùm Magistri hic proprias agimus partes. Alii respondent, actionem illam, quæ ignis corporeus in spiritum agit, non esse naturalem, sed supernam; sicque in spirituale agere non repugnat. Alii sustinent, ignem inferni, quantumvis materialem, & corporeum, agere in dæmones, & animas, non virtute, sive materiali actione, sed omninò spirituali à Deo specialiter exhibitâ.

51. Alii aliter respondent instantiæ, quòd ignis actione physicà materiali non agit in spirituale, sed actione duntaxat intentionali: Ideò enim spiritus igne in inferno cruciantur, quia ignem vident, menteque percipiunt, ipsique coactè alligantur, & in eo perpetuò detinentur. Cum ergò perceptio ignis præsentis cum horrore generet dolorem, eò quòd non sit cognitio speculationis tantum, sed potiùs experienciæ, sufficiet ignis materialis, & corporeus ad cruciandas animas, & dæmones in inferno commorantes.

52. Alii demùm cum Augustino lib. 21. de Civit. Dei, cap. 10. sic pertentant satisfacere instantiæ. Quòd sicut anima in hominis generatione unitur corpori, præstans ei vitam, etsi anima sit spiritualis, & corpus materiale, & ex illâ conjunctione vehementer concipit ad corpus amorem; sic spiritus igni materiali ligatus, ut accipiens ab eo poenam, ex illâ alligatione concipit vehementer horrorem, & ex hoc dolorem, qui verus est, & ex vero igne corporali, & ex verâ ad ipsum applicatione causatus; sicque ignis inferni agit in animas, aliosque spi-

spiritus malos, etsi materialis existat. Alias missas facimus solutiones, quia omnes ferè omninò his consonant.

53. Oppones secundò: Nihil propriè, & formaliter torquetur, nisi in ipsum veniat dolor; sed in spiritum separatum propriè, & formaliter non venit dolor: igitur spiritus separatus, sive anima, sive dæmon propriè, & formaliter non torquentur. Minor probatur: Dolor, ex vulgatâ Philosophorum definitione, est sensus divisionis partium cum vir sed spiritus separatus caret partibus, divisione, & sensu: ergo in spiritum separatum propriè, & formaliter non venit dolor; ac proinde ab igne corporeo inferni nequit propriè, & formaliter cruciari.

54. Respondetur negando Minorem, & probationis Consequentiam. Quia apposita doloris definitio non omnem doloris differentiam exambit, sed præcisè, qui est anima ex carne, de quo modo non est questio. Loquimur enim de dolore animæ jam à corpore exuta, qui non consistit in partium separatione, sed in alligatione, detentioneque coactâ spiritus igni materiali, ex quâ horrorem deprehendit, & ex illo dolorem, qui propriè, & formaliter cadit in spiritum: Undè præfatus dolor est verus, & de vero materiali igne, & ex verâ applicatione ad ipsum causatus.

55. Tandem pro distinctionis termino inquit Magister, an fœtus abortivi, & monstra in die-judicii resurgent? Et respondet affirmativè, si rationali animâ in matris alio informati extitere; secus si ante animæ informationem evanuerint. Similiter & monstra resurrectione creduntur, eâ animâ, quâ vixere; quemadmodum & fœtus animati, quantumvis illicò perierint.

56. Hanc primò præmunit resolutionem Magister testimonio Augustini in Enchir. cap. 85. dicente: *De his, loquitur de abortivis fœtibus, qui tam formati sunt, tolerari potest utcumque quod dicitur. Informes verò, quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina, que concepta non fuerunt?* Ergo abortivi fœtus semel rationali animâ informati, proculdubio resurgent; non verò informes fœtus, qui eâ informatione præditi non fuerint.

57. Secundò ratione id ipsum confirmat: Ex quò incipit homo vivere, ex illo utique jam mori potest; sed mortuus, ubicunque illi potuerit mors evenire, tenetur resurgere, juxta illud Pauli 1. ad Thessal. cap. 4. *Omnes quidem resurgemus, &c.* Et Isaia cap. 26. *Resurgent mortui, & resurgent, qui erunt in sepulchris.* Ergo omnes abortivi fœtus rationali animâ instructi, haud dubiè resurgent; secus informes fœtus, qui eâ non fuerunt informati animâ, eò quòd verè non potuit mori, qui verè vivere non incipit.

58. De Monstris, ipsorumque resurrectione etiam sic alloquitur Augustinos ibidem cap. 87. *Neque enim, & monstra, quæ nascuntur, & vivunt, quantumlibet citò moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt; sed potius correctæ eorum emendatæque natura.* Ergo monstra, quæ nascuntur, & vivunt, quanvis illicò moriantur, proculdubio resurgent, eorum illiminatâ monstrositate. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis parte satis sint dicta.

Q U Æ S T I O N E S.

59. **Q**UÆSTIO 1. An, & quomodò animæ, sive spiritus igne corporeo sint in Purgatorio, aut inferno puniendi? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 64. art. 4. & lib. 4. contra Gent. à pag. 90. Joan. à S. Thomâ q. 64. disp. 24. art. 3. Labat tom. 2. tract. 3. disp. 4. dub. 9. §. 1. & seqq. Gonetus tom. 2. tract. 7. disp. 14. art. 2. §. 1. & seqq. Mauritius Lezana dist. 24. de Angelis, dub. ult. Cruz tom. 2. disp. 330. q. 64. art. 4. dub. 1. & seqq.

60. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 44. q. 2. Brancatus de Lauræa disp. 26. q. 6. art. 2. Maltrius in 2. disp. 3. q. 6. art. 1. & seqq. Poncius disp. 16. q. 6. Sanning tom. 2. dist. 3. q. 2. Carriere tom. 1. tract. de creat. Angel. q. 12. & tract. de vita misera q. 2. Hiquæus in 4. dist. 44. q. 1. art. 3. & seqq. Hernandez in 2. tom. 2. disp. 7. de Dæmon. sect. 1. & seqq. Aquila in 4. dist. 44. q. 1. & seqq. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. Angelu, diff. 3. num. 1. & seqq.

61. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de Angel. lib. 8. cap. 14. num. 27. Arriaga de Angel. disp. 26. sect. 4. Amicus disp. 22. sect. 4. Dicastillo tom. 2. tract. 9. disp. 1. dub. 3. Vazquez 1. p. tom. 2. disp. 243. Beccanus tract. de Angel. cap. 5. Echeverria de Ang. disp. 14. cap. 1. & seqq. Herrera q. 19. num. 13. Carleton tom. 1. disp. 81. sect. 1. & seqq. Rhodes tom. 1. disp. 2. de Ang. q. 3. sect. 2. §. 1. & seqq. Quiros de Ang. disp. 76. sect. 1. Esparza tom. 1. lib. 2. q. 26.

62. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 44. p. 2. art. 3. q. 2. Aversa q. 64. sect. 7. Bassæo tom. 2. verb. infernus, num. 4. Morandus tract. 7. q. 43. Bauduin. tom. 1. q. 58. dub. 2. Gaudentius tom. 2. tract. de Angel. disp. 8. de dæm. q. 1. & seqq. Gavardi tom. 2. q. 3. de Angel. art. 1. & seqq.

63. **Q**UÆST. 2. An Beatorum, reproborumque corpora resurgent cum deformitatibus vitæ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 44. q. 1. art. 1. & lib. 4. contra Gent. cap. 81. Palud. in 4. dist. 43. q. 3. & seqq. Sotus in 4. dist. 43. q. 1. art. 7. Modestus à S. Gregorio

tom. 1. q. 4. sect. 1. p. 131. Nazarius 3. p. q. 54. art. 1. & seqq.

64. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 44. q. 3. & seqq. Brancatus tom. 4. disp. 5. art. 7. Carriere tom. 1. art. 11. q. 9. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 10. & seqq. Sanning tom. 2. dist. 4. q. 1. Hiquæus in 4. dist. 44. q. 1. art. 1. & seqq. Aquila in 4. dist. 44. q. 1. art. 1. & seqq. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. resurrectio, diff. 2. num. 7.

65. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. tom. 4. disp. 50. sect. 5. Valentia tom. 4. disp. 11. q. 3. punct. 4. Tannerus disp. 2. q. 4. dub. 3. & seqq. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 44. p. 1. q. 1. Bassæo tom. 2. verb. resurrectio, num. 6. & seqq. Ezpeleta in Select. tract. 2. resol. 16. Gaudent. tom. 6. disp. 41. q. 13. & 14.

66. **Q**UÆST. 3. An, & quid sit impassibilitas corporum Beatorum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. p. q. 97. art. 1. & 3. p. q. 45. art. 1. ad 3. Gonetus tom. 3. tract. 1. disp. 5. art. 2. §. 1. Joannes à S. Thomâ 3. p. q. 45. art. 9. num. 36. & seqq. Reding tom. 2. q. 2. de beatit. art. 2. Controv. 2. Modestus à S. Gregorio tom. 1. q. 4. art. 6. lect. 3. & seqq. Andreas à Cruce tom. 3. disp. 19. q. 3. dub. 1.

67. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. q. 13. & seqq. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 7. Brancatus de Lauræa tom. 4. disp. 21. art. 3. Carriere tom. 1. art. 12. q. 23. Sanning tom. 2. disp. 4. q. 5. Bonau. Columbus in Philos. moral. lib. 2. q. 4. art. 4. dub. 2. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. beatitudo, diff. 2. num. 1. & seqq. Hiquæus in 4. dist. 49. art. 2. & seqq.

68. Ex Scholâ Eximiâ Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 48. sect. 1. Arriaga tom. 2. disp. 56. sect. 2. subsect. 1. & 2. Carleton tom. 1. disp. 84. sect. 4. Rhodes tom. 1. disp. 1. de beatit. q. 3. sect. 4. Tannerus q. 3. dub. 5. num. 61. Bellarm. tom. 3. Controv. lib. 3. de Euchar. cap. 3. Rubio 4. Phis. q. 6.

69. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 49. p. 2. art. 2. q. 1. & 2. Gaudentius tom. 3. tract. 1. de beatitudine, disp. 2. q. 28. Blasco tom. 1. lib. 25. dist. 99. q. 7. art. 2. Hieronymus Columbus in Hierarch. lib. 8. cap. 9. Bassæo verb. beatitudo, num. 7. & seqq. Gallitius lib. 4. Philos. tract. 8. q. 6. & seqq.

70. **Q**UÆST. 4. Quid sit claritas corporum Beatorum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 49. q. 3. art. 2. & seqq. Gonetus tom. 3. tract. 1. disp. 5. art. 2. §. 4. Reding tom. 2. q. 2. de beat. art. 2. Controv. 2. Modestus à S. Gregorio tom. 1. q. 4. art. 6. lect. 3. & seqq. Joannes à S. Thomâ 3. p. q. 45. art. 9. & seqq. Andreas à Cruce tom. 3. disp. 19. q. 3. art. 9. dub. 1. & seqq.

71. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. q. 15. Carriere tom. 1. art. 12. q. 25. Brancatus de Lauræa tom. 4. disp. 21. art. 3. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 7. & seqq. Culumbus in Philos. moral. lib. 2. q. 4. art. 4. dub. 2. Sanning tom. 2. dist. 4. q. 5. & seqq. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. beatitudo, num. 2. Aquila in 4. dist. 39. q. 3. Hiquæus in 4. dist. 49. art. 3. & seqq.

72. Ex Scholâ Eximiâ Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 48. sect. 2. Carleton tom. 1. disp. 84. sect. 4. Arriaga tom. 2. disp. 56. sect. 2. subsect. 5. Tannerus q. 3. de beat. dub. 5. num. 61. Rodès tom. 1. disp. 1. de beat. q. 3. sect. 4. & seqq. Rubio lib. 4. Philos. q. 2. & seqq. Bellarm. tom. 3. Controv. lib. 3. de Euchar. cap. 2.

73. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 49. p. 2. q. 1. Blasco tom. 1. lib. 25. dist. 99. q. 7. art. 2. Hierony. Columbus in Hyerarch. lib. 8. cap. 9. Gaudentius tom. 3. tract. 1. de beat. disp. 2. q. 29. Gallitius lib. 4. Philos. tract. 8. q. 7. & seqq. Bassæo verb. beat. num. 3.

74. QUÆST. 5. Quid sit agilitas corporum Beatorum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 49. q. 3. art. 3. & seqq. Joannes à S. Thomâ 3. p. q. 45. art. 10. & seqq. Andreas à Cruce tom. 3. disp. 19. q. 3. art. 10. dub. 1. Maurit. de Lezanâ verb. beat. num. 4. & seqq. Raynerius de Pisis verb. beat. tit. 2. num. 1. Reding tom. 2. q. 2. de beat. art. 2. Controv. 2. Gonetus tom. 3. tract. 1. disp. 5. art. 2. §. 3. Modestus à S. Gregorio tom. 1. q. 4. art. 6. lect. 3. & seqq.

75. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. q. 14. Hiquæus in 4. dist. 49. art. 4. & seqq. Carriere tom. 1. art. 12. q. 16. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. beat. num. 3. & seqq. Aquila in 4. dist. 49. q. 4. & seqq. Bonau. Columbus in Philos. moral. lib. 2. q. 4. art. 4. dub. 2. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 8. Sanning tom. 2. dist. 4. q. 5. & seqq. Brancatus tom. 4. disp. 21. art. 4. & seqq.

76. Ex Scholâ Eximiâ Suarez tom. 2. 3. p. disp. 48. sect. 2. Carleton tom. 1. disp. 84. sect. 5. Arriaga tom. 2. disp. 56. sect. 2. subsect. 4. Rodès tom. 1. disp. 1. de beat. q. 3. sect. 5. Tannerus de beat. q. 3. dub. 5. num. 91. Bellarm. tom. 3. Controv. lib. 3. de Euchar. cap. 3. Rubio lib. 4. Philos. q. 2. & seqq.

77. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 49. art. 1. q. 1. & 2. & art. 1. Gaudentius tom. 3. tract. 1. de beat. disp. 2. sect. 3. Bassæo verb. beat. num. 5. & seqq. Gallitius lib. 4. Philos. tract. 4. q. 7. Blasco tom. 1. lib. 25. dist. 99. q. 7. Hieronymus Columbus in Hyerarch. lib. 8. cap. 10. & seqq.

78. QUÆST. 6. Quid sit subtilitas corporum Beatorum? Ex An-

ge-

gelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 49. q. 4. art. 5. Gonetus tom. 3. tract. 1. disp. 5. art. 2. §. 2. Reding tom. 2. q. 2. de beat. art. 2. Controv. 2. Modestus à S. Gregorio tom. 1. q. 4. art. 6. lect. 3. & seqq. Cruz tom. 3. disp. 19. q. 3. art. 3. dub. 1. & seqq. Joannes à S. Thomâ 3. p. q. 47. art. 10. & seqq. Lezana verb. beat. num. 5. & seqq. Complutens. 4. Phis. cap. 5. q. 4. art. 2.

79. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. q. 16. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 7. Brancatus tom. 4. disp. 21. art. 4. & seqq. Columbus in Philos. moral. lib. 2. q. 4. art. 4. dub. 4. Carriere tom. 1. art. 12. q. 27. Sanning tom. 2. dist. 4. q. 5. & seqq. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. beat. diff. 4. num. 1. & seqq. Portellus in dub. regul. verb. beat. num. 7. & seqq. Hiquæus in 4. dist. 49. art. 5. & seqq.

80. Ex Scholâ Eximiâ Suarez tom. 2. in 3. p. q. 48. sect. 5. Bellarm. tom. 3. Controv. lib. 3. de Euchar. cap. 3. Arriaga tom. 2. disp. 56. sect. 2. subsect. 3. Carleton tom. 1. disp. 84. sect. 5. Rodès tom. 1. disp. 1. de beat. q. 3. sect. 5. Rubio lib. 4. Phis. q. 2. & seqq. Tannerus de beat. q. 3. dub. 5. num. 61. & seqq.

81. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 49. p. 4. q. 1. art. 1. Hieronymus Columbus in Hyerarch. lib. 8. cap. 10. & seqq. Blasco tom. 1. lib. 25. dist. 99. q. 7. Bassæo verb. beat. num. 6. & seqq. Gallitius lib. 4. Philos. tract. 4. q. 7. Gaudentius tom. 3. tract. 1. de beat. disp. 2. sect. 3. quæst. 31.

82. QUÆST. 7. An omnes homines resurgent cum æquali quantitatis magnitudine? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 44. q. 1. art. 4. Sotus in 4. dist. 44. q. 1. art. 4. Lezana verb. resurrectio, num. 10. & seqq. Raynerius de Pisis tom. 2. verb. resurrectio, tit. 7. num. 1. & seqq.

83. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 44. q. 1. Hiquæus in 4. dist. 44. q. 1. art. 1. & seqq. Brancatus tom. 4. disp. 6. art. 9. Carriere tom. 1. art. 11. q. 6. Sanning tom. 2. dist. 4. q. 4. Castillent. verb. resurrectio. num. 11. & seqq.

84. Ex Scholâ Eximiâ Suarez in 3. p. disp. 44. sect. 2. Valentia tom. 4. disp. 11. q. 3. punct. 3. Tannerus disp. 2. q. 5. dub. 3. & seqq. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 44. 1. p. dub. 3. Gaudentius tom. 6. disp. 41. q. 4. Bassæo verb. resurrectio, num. 12. & seqq.

85. QUÆST. 8. An omnes homines resurgent in tantâ quantitate, quantâ fuissent in fine triginta annorum, si vixissent? De quo, Authores pro superiori questione adducti.

86. QUÆST. 9. An omnes resurgent in sexu virili, vel in muliebri omnes? De quo, hic quæst. 7.

Z 2

DE